

mêmes droits que lui. Ayant donc conféré ce titre à Jean Chondrommatis, de Corfou, celui-ci le conféra à son tour à Léonard Phortios; et ce dernier, voulant donner un témoignage de satisfaction à deux de ses fils, Jean-Baptiste et Jérôme, les créa comtes palatins. Voici l'acte d'investiture du premier.

Nos, LEONARDUS FORTIUS, sacri Lateranensis palatii aulaeque imperialis Comes Palatinus, cum auctoritate consimili generali et speciali creandi alios consimiles comites palatinos ad infinitum, qui etiam consimilem habeant auctoritatem creandi alios consimiles comites palatinos ad infinitum qui possint legitimize quoscumque ex illicito et damnato coitu procreatos, creareque notarios publicos et tabelliones ac iudices ordinarios, doctoresque in utroque jure, artiumque omnium liberalium medicinaeque, equites aureatos, poetas laureatos, armiferos arma quaecumque defensibilia deferentes, cives romanos civitatumque locorumque imperialium, creatus a D^{no} Joanne Chondromatio Corcyrense, p^{ri} sacri Lateranensis palatii aulaeque imperialis comite palatino, p^{ri} auctoritatem generalem et specialem habente creandi omnia suprascripta officia et dignitates ad infinitum; qui Dominus Joannes creatus fuerat a D^{no} Theodoro de Galeardis, cive veneto, consimilem etiam auctoritatem habente, sacri Lateranensis palatii aulaeque imperialis comite palatino, cum simili generali et speciali auctoritate creandi comites palatinos consimiles ad infinitum, et omnia et singula p^{ri} officia et auctoritates ad infinitum; qui D^{no} Theodorus creatus fuerat a sacratissimo Federico Romanorumque imperatore semper augusto, prout per privilegia omnia praefata visum fuit seriose lecta a D^{no} Antonio Metaxa notario de his fidem faciente in privilegio p^{ri} Domini Leonardi stipulato die et mense ut in eo; a quo Domino Theodoro p^{ri} Leonardus tertius existit comes palatinus. Cum itaque filius dilectus nobis Joannes Baptista Fortius, unus e quatuor meis dilectis filiis legitimis et naturalibus, coram nobis in presentia infrascripti notarii et testium infrascriptorum constitutus, humiliter peteret a nobis ut infrascriptis officiis, auctoritatibus et dignitatibus decoraretur, sacrique Lateranensis praedicti palatii aulaeque imperialis comes palatinus crearetur, cum simili generali et speciali nostra auctoritate infinita creandi consimiles comites, p^{ri} officia omnia, dignitates et auctoritates p^{ri}, quemadmodum a primo ad ultimum ut supra generaliter et partialiter has habemus idem. Nos vero bene optimeque cognitis sufficientia, ingenio doctrinaeque et probitate ipsius, factaque experientia praecipue in presentia multorum et Dⁿⁱ Baptiste Sofiano, Dⁿⁱ Theodori et Dⁿⁱ Nicolai Calchiopuli, Dⁿⁱ Francisci, Dⁿⁱ Joannis Dardi, Dⁿⁱ civibus Corcyrensibus, ad hoc vocatis, adhibitis et rogatis, pro tribunali sedentes de more, praefatum D^{no} Baptistam auctoritate p^{ri} nostra qua fungimur imperiali, dato ei prius solito solemnii juramento in similibus dari solito, creamus comitem palatinum cum simili nostra auctoritate ad infinitum creandi omnia et singula sup^{ri} officia, auctoritates et dignitates, comitesque palatinos limitatam vel generalem auctoritatem habentes ad infinitum prout easdem habemus specialiter et generaliter, osculo pacis dato cum Dei optimi maximi atque genitoris ipsius Baptiste benedictione perpetua.

Actum et datum in Cancellio notarii infrascripti Domini Matthei Parastati, in contrada sancti Antonii in suburbio Corciræ, die XXII aprilis 1563.

